Eclipses Lunæ.

PRIMA.

Tempus Gregor: C. 26. Iun: H. 12. M. 38. 3.
Anom Eccent: ☽ S. 0. G 14. 43.

Locus Solis	4. 44. 54.	♋
Nodus	14. 57. 30.	
Sol ante Nodum	10. 12. 36.	
Hinc reductio	2. 34.	*Add: ante Nod:*
Locus Lunæ	4. 47. 28.	♈
Horarius Lunæ à ☉	27. 17.	
Arc° inter centra p distantiam G.	10. 12 *s.*	
excerpitur	0. 56. 31.	*Austr: ante* ♌
Parallaxis Solis	1. 57.	*Mihi*
Parallaxis Lunæ	54. 53.	
Summa	56. 50.	
Semidiameter ☉	15. 0.	
Semidiameter Umbræ	41. 50.	
Semidiameter Lunæ	15. 3.	
Summa semidiametrorum	56. 53.	*Major arcu septima unius digiti pars.*
Scrup: pars deficient	0. 22.	
Scrupula moræ dimidiæ.	6. 27.	
Mora dimidia fere quadrans horæ vel sc: 15. Æquatio mea temporis 15 sc. addenda apparenti, hic subtrahenda, ut sit principium.		
Medium	*H.* 12. 22.	
Finis	*H.* 12. 36 *s.*	*Vranoburgi.*
Duratio	*H.* 0. 29.	

SECUNDA.

20. Decembr: H. 15. 50.

Anomalia Ecc: Lunæ	169. 3. 0.	
Locus Solis	29. 2. 34.	♑
Locus ♉	5. 35.	♈
Sol ante Nodu	6. 32.	
Respon 'et Red.	1. 42.	
Locus Lunæ	29. 4. 16.	♊
Horarius Lunæ à ☉	35. 28.	
Arcus intercentra	36. 27	*Bor: ante* ♉
Parallaxis ☉	1. 59.	
Parallaxis Lunæ	62. 10.	
Summa	64. 9.	
Semid: ☉	15. 33.	
Semid: Umbræ	48. 36.	
Semid: Lunæ	17. 1.	
Summa	1. 5. 37.	*Major arcu.*
Scrupula deficient	29. 10.	
Valent digitos 10. *cum triente*		
Supererunt ab austro dig. 1. *cum besse*		
Scrupula Moræ dimidiæ	54. 34.	
Mora dimidia H. 1. *M.* 32. 20.		
Æquatio temporis mea	1. 16.	*Ad: hic sub:*
Ergo tempus Initij H.	14. 16. 23.	
Medij H.	15. 48. 43.	*Linacij*
Finis H.	17. 21. 3.	*ad: sc.* 10.
Duratio H.	3. 4. 40.	

Si fuerit serenum, egregia pro Mathematicis erit commoditas explorandi certitudinem hujus calculi per totum ferè Hemisphærium Orbis noti.

Nam facilima mutatione efficitur ut Luna vel penitus intactam prætereat umbram, vel plusculum corporis in eam ingerat

Illi præcipuè attendat, qui sunt acuto visu. Nam quibus debilis est hic sensus, illi longè diutius observabunt pallorem in parte Lunæ septentrion:, nec facile distinguent inter defectũ merum & pallorem luminis. Itaq; rogo Mathematicos omnes, ut observationẽ hanc mecum communicẽt, si forte in meo loco non sit serenum futurum.



Typum hujus perexiguæ Eclipsis visum est omittere.

Videbitur in nostro meridiano tota ab initio ad finem.

Principium videbunt omnes qui sunt intra circulum ductum per Orientalissima Tartariæ littora, per longitudinem Tartariæ, Persiam, Arabiæ, Africæ & Insulæ Magadascaris littora, Magellanicam, Oceani Australis latitudinem & Quiviram in occidentalissima parte Americæ.

Finem videbunt, q̃ sunt intra circulum ductũ p littus Boreale Tartariæ, Moscoviã Pontũ Euxinũ Mare Ægæum, p Africam à Libiæ & Ægypti finib° & Cyrenis, p Æthiopiam usq; ad S. Thomæ Insulã inde p Oceanũ Æthiopicum, Magellanicam freto proximam, perq; alterum Oceanum Australem & occidentalissima Americæ.

In Meridiano circa mediam noctem apparebit Gronlandiæ, Freto Davis, Terræ Laboratoris, Brasiliæ prope ostia fluviorum Maragnon & Argentei, seu Rio dela Plata.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
© HAB http://diglib.hab.de/?grafik=13-1-astron-00005